

23
80

1660, 3.

D. B. I.
**DE EO QVOD CIVITAS
EGIT.**

In incluta Argentoratensi Academia

P R A E S I D E

JO. HENRICO BOECLERO,
Historiarum Professore ordinario.

publice
more Academico

respondetis

JOHANNES ZECHIUS, Ulmensis.
d. 19. m. Ianuarii.

ARGENTORATI,
Typis FRIDERICI SPOOR:
ANNO M. DC. LX.

D. O. M. B. I.

D.

ACTIS CIVITATIS.

DE eo, quod Civitas egit, quæsitum
omni tempore esse, *Philosophus* testatur; neque de-
ducta in hunc diem ignorare nos experientia finit.
Acta Civitatis non minus licebit dicere, quæ *acta*
Principis, *acta Sylla*, *Cesari*, aliorum; qui potestate sibi debitâ, aut
sumtâ, auctores auctoresq; fuerunt rerum, de quibus hoc loquen-
di genus exaudiendum est. Nam, quod *Actorum* vocabulo com-
mentarios indicare solent, ubi *acta Senatus*, *acta populi*, *acta diur-*
na, *acta judiciorum* signantur, nostram ad rem nihil nunc at-
tinget.

Intricavit haud parum nobilissimam disputationem, latè
diffusus error, quo plerique, quicquid *Aristoteles* in civili doctrina
attingit, non ultras, quæ ipso differit, sibi requitendum existi-
mant: quasi vel absolute essent, atque pertractate omnes ejus-
modi disquisitiones; vel non amplius, quæ exempla forte as-
sumta significant, tota argumentatio pateret. Quod summo
equidem illi vitro, qui specimen civilis doctrina non corpus, & id
ipsum non explanata, sed obiecta ratione voluit exhibere, in
mentem nunquam venisse, arbitrari fas est.

Bis proponit hanc dubitationem *Philosophus*: *vñγαρε αμφισσ. 3. Polite. c. i.*
κητούσιν, οἱ μὲν φάσκοντες τὴν τέκνην πεπράχενται τὴν πρᾶξιν. οἱ δὲ οἱ εἰς τὸν πόλιν, οὐδὲ τὸν ὀλιγαρχικὸν, οὐ τὸν τύραννον. Νῦν enim de hac re
disputant: αἱοὺς quidem, ciuitatem hoc egisse; αἱοὺς, non ciuitatem, sed
paucoꝝ aut tyrannum egisse dicentibus. Et postea, αἱοὺς γαρ τινες,
πόλις οὐ πόλις ἐπράξει, οὐ πόλις οὐχ οὐ πόλις. οἷον ἔταν ἐξ ὀλιγαρχίας οὐ
τυραννίδος γένεται διοικετικόν, τὸ τέρατόν τε τὰ συμβόλαια οὐνα βο-
λῶνται διαλύειν, οὐ τῆς πόλεως, οὐλα τὸν τυράννον λαβόντος. οὐτ
αἱοὺς πεινά τὸν τυράννον, οὐ εἴτας τὸν πολιτεῖον τὸ κρατεῖν κοσσον, οὐ-
αἱοὺς διὰ τὸ κοινὸν συμφέρον. Qui locus non simplicem habet
difficultatem: neque sincerus videtur, quod jam non nemini

notatum

A

Lipſ. Ex-
cursus ad Sc
A. Tac.

notatum video. Miseris tamen, quam securè, & interpres & commentariorum scriptores, inoffenso scil. pede transcurrant. Certè non hærent postrema prioribus. Omissum ergo aliquid fuit, aut legendum, si eruditus placeat, mutato numero: ἀς ἐπιας τὸν πολιτῶν καθεῖν ὅτις, οὐδὲ εἰδί τὸ κανόνην αυτοφέρει. Uno ostendit exemplo, cùm multa sint, & subtiliter exequenda, ut postea apparebit, quando huius questioni locus sit: ubi nimirum populare imperium paucorum dominationi, aut vniuersitatis tyranni-
di successit. quæc enim tū, an pæcta converta ab uno illo aut pau-
cis inita, etiam mutato statu, teneant ciuitatem sive populum? Atque hic quidem rationem dubitandi adducit. postea autem, in aliū locum differt rem totam: Εἰ δὲ δικαιος διαλύσῃ, ἡ τα-
κτὴ ἐπιφανεῖσθαι πολιτείαν ἐπίλεγε, λόγῳ ἔτερῳ. Ita enim ac-
cepérimus hunc locum, ut in alia hujus generis disputatione paulò
ante: εἰ δικαιος χειροῦ ἐπέχει, quando nimirum de-
jusmodi mutationibus, & que inde consequantur, agendum e-
rit. Alter Grotius: contra quem non levia sunt, quæ afferti
posunt.

Ch. Felden. Sicut nec illos audire hic possumus, qui ad solas res creditas
in Analyſi, exemplum Aristotelis trahunt, & auctoritate Ulpiani utuntur,
Pol. Arift. l. 27 ff. de in quantum ciuitas mutui datione obligari possit. Res enim cla-
reb. cred. mat ipsa, per omne argumentum ciuilis genus, hanc disputationem
non modo posse, sed solere produci. Neque frustra adiecerat
Philosophus: εἴ τινα πολλὰ τὸν τοπικὸν.

Ultaceam, Ciuitatis appellationem accuratius hic ab Ari-
stotele accipi, de societate perfectâ, & sui juris, rebus ad bene vi-
vendum necessariis instructâ, ordineque imperandi & parendi
distinguita. Non enim verum est, quod multi scribunt, ciuitatem esse
materia instar, cui res publica sit pro anima. Ciuitas enim significat
totum quid: sicut animal significat integrum substantiam animatarum.
Introduc. Libenter vtor verbis doctissimi Corringii: quorum veritas, tum
in Polit. ex infinitis Aristotelis locis, tum ex hac ipsa disputatione, quæ
Aristot. c. primam libri tertii partem constitutuunt, demonstrari potest. Eo-
** p. 597.* dem pleno significandi genere, Respublica veteribus dicitur: Nos
vt rōtrō hic vtemur, nihil in partes disiectum, aut aliunde sus-
pensum, sed perfectam, libertatisque & imperii compotem fo-
ciatatem ciuium intelligemus.

Interim

Interim præclare est ab Aristotele notatum; pendere hanc de actis à ciuitate, quæstionem, ab altera illa; quando ciuitas eadem, aut alia, sit dicenda? "Eore se dicitur i koy. Εἰναι τὸν ἀποτελεσμάτων, τῶς πατερὶ χρι λέγειν τὸν πόλιν εἶναι τὸν συντὸν, οὐ μὴ τὸν αὐτὸν, αλλ' ἔτερον. Verum, quemadmodum ista se invicem jument illustrentque, in ipsa suscepiti argumenti designatione cognoscetur: ad quam, præmissis, quæ videbantur viam patefacta, contendendum est.

Quoniam ergo, ut dictum est, Ciuitatem nunquam hic de multititudine, qua nihil aliud, quām multitudo est, sine ordine & spiritu illo, vnde perfectio societatis hujus vnicè repetenda intelligitur, accipimus; satis apparet, id deinde Ciuitatem egisse, quod à constituto seu in statu, tanquam à caussa, proficitur: sicut in singulari imperio, is qui jure regio est; in Aristocracia, optimates; in populari imperio, populus; in mixto statu, pro ratione & portione summae potestatis participanda, qui consortes sunt Imperii, ciuitatis jure & vi agere dicuntur. Etiam tūm, cum per legatos & curatores, tanquam publici hujus juris ministros, in quantum ejus rei idonea est significatio facta, res geritur.

Valente igitur, ut institutus est, statu, vix locus esse videatur huic dubitationi, an Ciuitas egerit: nec esset forte, si æqualius se res humanæ & constantius haberent; aut doctrina ciuilis decretis potius sapientiæ, quām opinione hominum ac libidine, semper vigeret. Verum, quām non sint levis momenti, quæ hic quoque disputantur, postea cognoscetur.

Conspiciora interim sunt, quæ mutato statu dubitantur. Quare & Aristoteles, tantâ necessitudine, nostræ quæstioni, illam alteram devinxit: quando sit eadem ciuitas dicenda, aut alia? Obsequimur haec tenus Philosopho, ut mutationes, quæ ciuitatibus evenint, paulo subtilius persequamur, & ad singulas partes, exempla suscepitæ disputationis subjiciamus.

Mutationes autem accident, alia quidem ciuitate manente eadem: alia efficitur, ut ciuitas non sit eadem: rursum alia, ut non sit ciuitas, sive ut definita sit ciuitas.

In primo genere mutationum, occurrit dubitatio Aristoteliæ; an mutata reipublica formâ, eadem sit dicenda ciuitas? si re-

4

gnum migrasset in Aristocratiam; hæc in popularem statum, &
sic per omnes, quæ fieri posunt ad hunc modum, mutationes.
3. polis. 2. Responsonem Aristotelis, quod mutata Reip. formâ, non eadem sed
alia sit dicenda ciuitas, securè arripiunt adornantque Interpretes:
oblieti, ut arbitror, formas, de quibus Philosophus loquitur, acci-
dentes esse; ciuitatem autem, ut eadem sit, non debere Monar-
chia, Aristocratie, & sic deinceps; sed essentiali formæ, i. e. ordi-
ni imperandi & parandi, sive imperio, sive Majestati (codem e-
nun hæc recidunt) nondum ita considerata, ut in uno aut plurimi-
bus existit. Quod discrimen neglectum, omnem hunc locum
2. 2, 9, 8, tricis implevit. Contra Aristotelem Hugo Grotius recte quidem
pronuntiavit, eandem esse ciuitatem Romanam sub regibus, Consulibus,
Imperatoribus; neq; referre ad hanc questionem, quomodo gu-
bernetur ciuitas, regione, an plurimum, an multitudinum imperio: Sed
distinctio, quæ subicitur, vel idem dicit, quod paulo ante dixi-
mus; atque cum omnino clarius debuisset proponi: vel difficultat-
tem difficultate sanare insituit; sicut in sequentibus, *de diversi-*
ta Jure consulti & Politici consideratione, fieri, non immeritd con-
queritur *Cl. Feldenius.*

Locus fuit huic deliberationi, cum expulsis Roma Regibus,
forma ciuitatis mutata esset. Ibi enim quidam populi pacem &
fœdera cum Römanis, adhuc sub regno agentibus, facta, non
servari oportere censabant iisdem in libertate constitutis. Quæ
res cum in Sabinis etiam agitarentur, repertus est Claudius pru-
dentiae & fidei laude præstantissimus vir, qui tam importuna cen-
tentes coarctit, idemque fœdus ac cum iisdem factum vim su-
am merito obtinere ostendit, ut auctor est *Dionysius Halicarnas-*
seus.

Aristoteli exemplum hoc est: Si ciuitas ex tyrannide, aut oli-
garchia, in libertatem & populare imperium pervenerit, an tum cipi-
bilia pacta conuenta, sed & alia tyranni, aut paucorum dominium
acta, servare oporteat ciuitatem liberam? Qui negabunt, his
rationibus vtebantur: primo, quæ tyrannus, aut paucilli egerant,
non egit ciuitas, quæ tantum ex facto suo obligatur. Quod si quis hic
respondisset, etiam tali statu, vbi viuis aut paucorum domina-
tio obserueret, esse ciuitatem, neque nisi ejus nomine censi acta
ejusmodi

ejusmodi oportere: hoc illi negatum ibant, & ciuitatis ratio-
nem hoc sine terminabant, si ad communem omnium utilitatem omnia
referrentur: ubi aliter sit, non jus, non nomen res publica, sed vim fo-
lam & potestatem superesse, contendentes. Quæ interpretatione
Aristotelici loci, præsertim exemplo Tyrannidis & Oligarchiae
convenit, quas adeo & timebant & despiciebant Græci, ut rei-
publica aut ciuitatis nomine, statum talem non dignarentur.
Libertatis enim, & popularis imperii studiora nationi, non ali-
unde, quam ab isto duplice genere periculum videbatur immi-
nere. Nam quod doctissimus Picartus putat, hoc eos velle, qua-
si in tali ciuitate res publica gemina viderentur, una qua proprium mentar-
spectare commodum & suum, sc. Tyranni & Oligarchicorum; altera polis. Arg.
qua commune commodum haberet, popularis videlicet; hujusque *for. 3. 3.*
tantum non illius acta pro ratis habenda: stare non potest, aut ver-
bis Philosophi, non distortis, convenire. Et de prima quidem
illa ratione, quam non sentiat magnificè Philosophus, ex multis
Politiorum locis abunde demonstratur. Altera igitur ratio,
qua nitebantur illi disputationes, hæc videtur esse: Etiam si conces-
deretur ciuitatem id egiſse, quod in Tyrannide aut Oligarchia actum
est, à Democratis tamen, que successit, exigi non potest, ut serueretur.
aliamenjam est ciuitas: a qua repaci non debet, quod alia egit. Non
rejicit pro�us & statim Aristoteles, quod de alia ciuitate allatum
erat: sed quomodo illa ratio soleat ac possit declarari, amplius
ostendit. Id tamen non obscurè declarat, neutra ratione obti-
neri, quod illi velint. Prima enim ratione facile opponi, quod
repugnet, exemplum posse: Non est ciuitas, aut non egit ciuitas, v-
bi non referuntur omnia ad communem utilitatem. Annon enim in
Democratia quoq; hoc accidere potest? Si ergo Democratia τῷ οὐ-
τοῦ ἐστι, εἰδί τὸ κοινὸν αὐτοῖς, aliquid egerit, an negabunt, ci-
uitatem egiſse? quod virg, optimates, aut quicunq; successerint, in talis
causa, ambabus manibus apprehenderint. In altera ratione, eti-
am si largiretur aliquis, non esse eandem ciuitatem, ab hac muta-
tione (quod tamen accurate loquentes nunquam dederint, ut
ante dictum est) conuentiones tamen seruandas esse, de quibus
hic queritur, alibi & aliunde ostendi posse, non obscurè Philosophus
indicit. Quarunt itaque Interpretes: unde hoc demon-
strari

strari quēat? Et alii quidem alia afferunt; exemplisque vtuntur interdūm, parum huc pertinentibus. Liceat & mihi expromere, quod sentio. Omnino h̄c distinguere oportet, quæ cum alia ciuitate Tyrannus aut pauci egerint, & quæ in sua ciuitate constituerint. In hæc enim ciuitati plus juris esse, quam in illa, dubio carere, arbitror. Pactum conuentum erat τὸν τριάκοντα siue eorum, qui oligarchiam Athenis gerebant, cum Lacedæmoniis, de pecuniis creditis. Nam triginta illi, in quorum manu respublica erat, pecunias publico nomine sumferant à Lacedæmoniorum ciuitate mutuas. Interim accidit mutatio, quam Aristoteles ponit: ut à paucorum potestate ad populum recideret respublica. Repolcebant Lacedæmonii per legatos pecuniā, jure merito, obtendere poterant Athenienses mutationem ciuitatis, facinora triginta virorum, & expetendas ab ipsis penas. id quod in ἐργα εἰρηνείας exceptum & reservatum erat. neque adeo defuerunt, qui dicerent, à triginta viris, qui his pecuniis contra cives in Piræo v̄l erant, repetendum hoc nomen. Alii autem de communī ciuitatis exolvi, quācum censabant, atque horum valuit sententia apud Athenienses. Judicarunt enim, hec pacta conventa, non ciuili lege aut formulis tantum tuenda, sed ipso natura dictatu, ad immobiles magna illius & infinitæ societatis humani generis leges exigenda esse. Fidem enim fundamentum universæ justitiae, non tam in hoc aut illo cœtu, quam in ciuitate humani generis, habendum. Neque aliud in animo Demosthenes habuit, cum hoc factum laudat: οὐαὶ τὸν δῆμον ἑλένων συνεπεργενεῖον αὐτὸν καὶ μεταχεῖν τὸ διαδύσας, οὐαὶ μηλῶν τὸν οἰολογημένον μηδέν. Ferunt, populum maluisse per se conferre impensis, quam de pacto conuentu quicquam non impleri. Et mox Athenienses alloquens: τότε μὲν τοῖς ιδιαικοῖν μαζὰ ὅπῃς τὸ μῆνα τὰ χρήματα ταῦτα εἰσέργειν δεῖται. Καὶ tunc quidem etiam illi, qui injuria in vos fuerunt, pecunias illas conferre voluisti, ne quid de rerum conuentarum fide depriveris.

orat. con-
tra Lepti-
nem.

Atque hæc ratio valeret, etiam si reuera alia facta esset ciuitas: quoad externos. Fingamus enim, ciuitatem aliquam redactam esse in formam prouincie, i. e. non mansisse eandem ciuitatem, sed factam esse partem alterius. Illam autem, cum adhuc

edhuc libera esset, mutuas accepisse aliunde pecunias. An propter ea ad novas tabulas confugiet, quia jam non est eadem, quae fuit, ciuitas; imo ne ciuitas quidem, sed pars alterius ciuitatis? Nunquam dixerim. Fides enim rerum creditarum non jam ciuitati, sed humano jure nititur; neque ciuii consociatione tolli potest id, quo efficitur, ut ciuale & sociale sit, quicquid hoc nomine censemur.

Ita in altero exemplo Aristotelico, egerit Tyrannus cum externa ciuitate de auxiliis adversus communem hostem, aequa ex parte conferendis; dederit ei partem agri ex hostibus capti, premium fidei & operae; aut vendiderit: nullo jure populus libertati, excusâ tyrannie, restitutus hac ad iritum cadere concupiscet. Præterquam enim, quod aliter agendi cum ciuitate nulla facultas erat, ciuitatis semper, præsertim à tyrannie liberata, ea voluntas esse debet, ne alii sua causa careant vlo jure debito. Quid, si spolia ciuibus oppressis per injuriam erpta. Tyrannus exterrit ciuitati venum dederit? Tum vero, si scientes emerunt, suam in eo culpam agnoscant fas est, a quoque animo careant illis, quæ nec vendi nec emi sine injuria possunt. Etiam, si imprudenter emerunt, valeatque hic, latius quam ibi dicitur pertinens. Aemilius Lepidi Consulis sententia: *Illa qua tun formidine Sallustio mercatus sum, pretio soluto, jure; dominus tamen restituo: nego pati* Fragm. lib. 1. His. *constitutum est, ullam ex ciuibus predam esse.* Quod jure se mercatum ait, ad consuetudinem & opinionem temporis, qua tun res agitabantur, spectat. Nam vero jure, quod non pro statu & temporibus ciuitatis alicuius, quomodo cunque decernitur, sed eo, quod iustum est, definitur, nec eminec vendi talia posse, jam dimicimus. Pertinetque huc locus memorabilis apud *Tacitum*, ubi 3, H. 55. lacerato tyrranide, imperio, fultrissimus quinq; pecunia mercabatur. apud sapientes cassa habebantur, que nego dari, nego accipi, salua repotentia. Quam aequitatem, si noli emtor rei alienæ sponte amplecti; quin repeti inuste translata queant, nihil obstat videatur, nisi quod cum eo, qui bona fide in hoc negotio versatus est, summo jure agere, durum fuerit, inde varia videmus bene moratis populi temperamenta placuisse.

In

In hac de actis Tyrannorum questione, etiam illud probé
considerandum est, egeritne Tyrannus suo vnius arbitrio, ne-
minis requisito consilio, neminis auctoritate adhibita; an sena-
tus populusque, suis quibusdam propositis, privatam s̄epius quā
publicam rem spectantibus, vltro, quod vnuſ ille voluit, decre-
verit, scieritque. Tum enim externis fraudi ille error esse non
debet. Jam ipsa Tyranni conditio non est vniusmodi. Longe
aliter enim se habent illa, quae facit, sola vi pro jure vtens, & in
republica pro lubitu grassans; &c, quae facit confirmata jam, vt
cunque adeptā, potestate, ac interpositis totius ciuitatis decretis,
pactisque. Quod qui in cauſa Iulii Cæſaris insuper habuerunt,
non vnius involuti sunt difficultatibus. Sed p̄mittemus exem-

lib. 3. c. 23. plum Sullæ. De cuius actis notable est Flori judicium: Cupidus
rerum nouarum per insolentiam Lepidus, atq; tanti viri (Sullæ) re-
ſindere parabat: nec immerito, si tamen poset sine magna clade rei-
publica. Nam cum jure belli Sylla dictator proscriptis et inimicis;
qui supererant, revocante Lepido, quid alius quam ad bellum voca-
bantur? cumq; dannatorum ciuium bona, addicente Sylla, quamvis
male capta, jure tamen, repetitio eorum procul dubio labefactabat
compositam ciuitatem. Expediebat ergo quasi agro saucioꝝ, republi-
ca requiscere quomodo cunq; ne vulnera curatione ipsa resinderen-
tur. Quod de jure belli hinc dicitur, ex vulgi opinione, & ita capi-
endum est: quando res semel ad arma deducuntur, tum viatis
patienda sunt, quacunque victori collibitum est facere, id enim
orat. 2. de
rep. ordin. jus victoriae, & jus belli statuitur. Quo sensu salutissimum: L. Sulla,
cui omnia in victoria lege belli licuerunt, tamen a Sulpicio hostium
partes muniri intelligebat; tamen paucis interfici, ceteros benefi-
cio, quam metu retinere maluit. Accuratori judicio, hoc jus
belli, sine temperamenti æquitatis, summa injuria habetur:
præsertim in bello ciuili, vbi

Quemq; sue rapiunt scelerata in prælia cauſa.

2. de offic. 8 Hinc Cicero vere de Sulla: quod honestam cauſam secura sit non
bonesta victoria; quod summa ejus in ciues crudelitas fuerit; quod
2. de offic. Sulla pecuniarum translatio aſſiſtu domina ad alienos, in iusta fue-
2. 4. 2. 28. rit. Vellejus immodice crudelitatis licentia vsum testatur, multasq;
indignitates procriptionis & victorix recenset. Similia apud
Pictarchum

Plutarchum legas, & alios. Quare Florus, meritò rescindi potu-^{in Syll.}
isse, iudicat, acta Syllæ: nisi quod consultum id minime fuerit,
& turbide à Lepido tentatum. Quo pacto à quæstione consilii,
ad juris rationem reducitur negotium, quatenus iniustum cen-
setur; etiam cum clade & exitio patriæ, ius persequi. Temporis
enim tanta vis est, ut commutare interdum officii regulas vi-
deatur.

In Iulii Cæsaris exemplo eodem genere philosophandi v-
tuntur: distinguentes insuper acta rationi consentanea, & re-
publicæ utilia, à præcipitibus & pravis. Quanquam enim Cice. Ep. ad As-
toni per absurdum primo videbatur, το γενεράλιον in cœlo esse, p. 14. 6.
ranti facta defendi; & esse, qui, dum se pacem velle simulant, alta ^{E 9. E 15.}
nefaria defendent: aliter tamen in Senatu loquitur. Acta, in Phil. 1. 7.
quit, Cæsar servanda censeo: non quo probem (qui enim id quidem
pores?) Sed quia rationem habendam maxime arbitror pacis & otii.
Inter acta subinde, leges quasdam eius laudat: Chirographa au-
tem quædam, & memoria causa in libellum relata, in actis nume-
randis non esse ostendit. Cumque iterum de legibus locutus es-
set, que quidem ego, inquit, qui illa nūquā probavi, ita conser-^{Phil. 1. 9.}
vanda concordia causa arbitriatus sum, ut non modo, quas vivus Cæsar
leges tulisset, infirmandas hoc tempore non putarem; sed ne illas qui-
dem, quas post mortem Cæsar prolatas, & fixas videtur, subiecta
iterum suspicione de auctoritate vnius viri, qui varia obtenuit hu-
ius nominis domo afferret. Et clariss: Acta Cæsar pacis causa Phil. 2. 39.
confirmata sunt à Senatu: que quidem Cæsar egisset, non ea, que Cæ-
sarem egisse dixisset Antonius. Sed in hac re præteritum à Cicerone,
quod hic maxime facit. Non enim poterant hic acta Cæsaris,
ut tyranus, a clis à civitate opponi. Tyrannidis enim estimatio à
Senatu Populoque Romano sublata erat, tot honorificis decre-
tis, que Cæsar partam quomodounque potestatem ex tyran-
nica instanti redigerent: cùm præsertim hoc quoque inter ea sta-
tuissent, τὰ πραξὶς ὅπερα ἀντὸν κύρια ἔγειρι, quecumq; adturnus esset,
rata fore, i. e. eius acta pro a clis civitatis habitum iri, apud Dio. lib. 41.
nem. Cuius verbi quanta vis sit, quanta sententia, vel inde con-
stat, quod in acta Principum jurare, nihil aliud esset, quam singula-
ris Imperii nota & pignus. manlitq; veneratio nominis Juliani,

vnde monarchia Cæsarea initium traxit, ut etiam infuscatis temporibus solenne esset, in acta diui Augusti, & diui Iulii iurare, sicut ex Tacito discimus. Frustra hic exceptis: illa omnia Cæsari tributa partim adulatio[n]e, partim calliditate, ut invide obiice[re]tur, denique vel necessitate. Hac enim omnia accusant eos, qui fecerunt, non excusat: neque sacramentis, ut talis, licet ludere: &c, si qua necessitas suberat, eam ipsi vltro sibi acciuerunt, qui postea de illa questi sunt. Imposuerunt vni ciuitatis personam, quocunq[ue] animo, publica profectio fidei pignoribus; illudque suum iudicium, necessitudine forte reipublicæ, confirmarunt. penituit huius judicii non alios, quam amulos & altiora spirantes, sibique ad eadem, que in Cæsare dampnabant, viam molientes. Hæc penitenda penitentia paucorum, efficerent viam non potuit, ut acta ciuitatis non essent habenda, quæ ciuitas tota, cum se vnius arbitrio permetteret, agnouit prædicavitque.

3. offic. 6. Neque hic Ciceronis auctoritate ad eorum sententiam stabilendam vtendum est, qui putant fidem quoque tyrannis datum, & pachiones interpolatis, violari sine iniuria posse. Quos merito Grotius refellit. Cicero autem ipse, quod alibi monuimus,
I.B.3, 19, 21. & seq. con. incautius Graecorum aduersus tyrannos opinione subinde iaffer 2, 13, 13. citat: à quibus tamen se Romani, etiam in exercitationibus oratorii, removerunt. Illustris locus est Marci Seneca Rhetori:
Contra. Graecorum improbab[us] questionem satis erit in ejusmodi controversiis se-
lib. 1. c. 7. mel aut iterum annotasse; An in tyrannicidam uti pater hac lege pos-
sit, quasi enim sacras & publicas (tyrannicida) manu esse: in qua
ne pirata quidem licere quisquam putant. Nostri hoc genus quæficio-
nia submouerunt. Cuius improbatio specimen etiam alter tyran-
nicida adulter edit: non putauit adulterium, uxorem tyranni pollue-
cens. con. re. Et h[ic] quidem fortuitum, occasione deprehensi adulterii ty-
rannicidum occurrit. Alibi adulterium tyrannicidii causa pa-
tratum, in ius vocandum negatur: τὸν γαρ τυράννου γυναικα δια-
φέρεται καὶ διὰ τὸν τοιαύτην μολχεῖαν δινόστητα αὐτοῖς τοῖς τιγα-
νον, οὐδὲν δερώσαντα τὸν πάτην ἔκειν εἰς ἐνδύνας, πῶς εἴ τοι δι-
μητρηίαν δίκαιος εἴποι; Qui error non debuit admitti à Micha-
el. Arist. in lib. 5. disset, cum hac adjectione scripturus fuerit legem: δῆ τις
εἰσόργιας

διλογίας γυραῖς ἀπέχεσθαι πλὴν τῆς τὸ τυράννου, εἰ μέλει δια-
τῆς τοιαύτης μιζέως ή πόλις ἐλευθερίας. Non enim ita scriptu-
rus vinguā fuerit legem bonus legislator, cuius grauitas longe dif-
fert à caussidicii instituto, qui in confessio facinore rei, aliquando *Hermogenes.*
oppunit ἐπερόν τι ἐνεργέτικα μᾶζον δι' ἀντὸν τὸ ὀδικώματος πε-
τραχέντον.

Sed & legibus de tyrannicidio latis, impedimentum affe-
runt subfecuta pactiones ciuitatis cum tyranno. Nam & lex
ciuitatis, & pactio ciuitatis, est ab una voluntate. quæ contraria
sibi esse nec debet, nec creditur. quo fit, ut posterior significatio
voluntatis tollat & minuat priorem. Neque hic potest obici:
Ciuitatis à tyranno oppresla non esse liberam & integrum vo-
luntatem. Præterquam enim quod vis adhibita, non verbo, sed
rebus demonstranda est; & quidem tempore pactionis: exem-
pla pleraque, vbi huic quæstionil locus est, consensum hanc ob-
scurum aut per ambages ostendunt. Potest & simili delibera-
tione res declarari, quando agitur: *Libertas an pax placeat?* Et *Tac. 4. H.*
spectetur sanè, quod multis placuit, tyrannus, ut hostis reipubli-
ca, consequatur ergo eadem iura, quæ hostis, cum hoste direm.
Grot. I.B. 67.
ta censentur humanae sortis commercia. At, vbi primum cum
eo incipimus agere aut pacisci, iam redimus ad integranda in
tantum socialia iura: & diremus de cetero, pactione coniun-
ctus nobis intelligitur. Quæ verissima & prima origo est tem-
perandi ad æquitatem iuris bellici, rei crudæ, nisi scienter tra-
ctetur.

In causa fœderis, quod Romani cum Nabide tyranno fe-
cerunt, parum accurate versatur *Grotius.* Nos omisla repetitio-
ne alienae expositionis, rem ad suas origines, & nostram quæ-
stionem reuocabimus. Et alias quidem belli adversus Lacedæ-
monios causas nihil attinet excutere. Vnum videbatur obsta-
re, scđus cum Lacedemoniis factum. Quod impedimentum
utremoueret T. Quintius, ita apud *Lirium* respondet: *Amicitia* lib. 34. c. 32.
& societas nobis nulla tecum, sed cum Pelope Rege Lacedemoniorum
justo & legitimo facta est. Cuius ius tyranni quoq; qui postea per vim
tenuerunt Lacedemonem imperium (quia nos bella nunc Punica, nunc
Gallica, nunc alia ex alio occupauerant) usurparunt; sicut tu quoq;
B 2 hoc

hoc Macedonico bello fecisti. Hec verbis adornata in speciem, nullum argumenti pondus habent. Florentibus adhuc Lacedæmoniorum rebus, ad pugnam Leuctricam vsque, non poterat cum Rege fœdus fieri, ut cum ciuitate factum reputaretur; nisi quatenus ciuitas suam potestatem, Regis, ut legati aut curatoris, nomine exercere destinaverat. Erant enim Sparta, nomine non potestat reges. Postquam autem reuera nomini potestas, per varias mutationes accessit, non detrectat Quintius legitimi regis iura: Sed in regno iam iusto, successores nullo iure nixos, & per vim tenentes imperium ac exercentes repudiat, quasi diceret: quod cum iusto & legitimo rege, adeoque cum ciuitate actum est, non obtinet vim suam, si regno tyrannis succedit. sicut ex converso ante dicebant apud Aristotelem, non seruanda in populi imperio, qua tyrannus egisset, quia ex mutatione illa alia esset facta ciuitas, nisi quod plus mutationis ibi, quam hic occurrit. ibi enim forma vna in alteram; hic una, recta scilicet in declinatam mutatur. Atque si hæc dicerentur de iniuatore regni, antequam firmata ei est consensu & pactione potestas, non possent reici. Nisi quod Quintium infirmius iuarent, cui Nabis valide oggesserat: De nomine hoc respondere possum; me, qualcumque sum, eundem esse, qui fui, cum tu ipse mecum, T. Quinti, societatem pepigisti. Tum me regem appellari à vobis memini: nunc tyranum vocari video. Vnde & astutia Quintii intelligitur, qui dissimulata proprii pactione, vetustiorem tantum attulerat. Quid? quod continuata in tyranos successio, quam agnoscit Quintius, non leue parit argumentum aduersus eos, qui non contradixerunt, in quantum sua interesset. Conficitatam enim Spartam, ex eo, quod dixi, tempore, acerbissima servitute, usque ad Nabidem, Polybius locuples auctor est: Idem, qui ipsius Nabidis infandam crudelitatem describit. Sed hinc aliis aduersus tyranum titulus iuris nasci poterat: à cuius scilicet saevitia vindicari oppressos, fas & iusta finunt. Quanquam neque huius rei gloriam sibi trahere Romani possunt, restitutis Argis, servia Lacedamone relata, cum pacem Nabidi petenti darent. Cum quo & Quintius, in illa pactione pacis, & postea Senatus Romanus egit, ut cum ciuitate Lacedamoniiorum: vltro euerlo discrimine

N. 13.

Liu. 34,31,

lib. 4.
lib. 13.

Liu. 34,40.

discrimine iusti regis & tyranni, quod antea allatum erat. Libuit hæc paulo explicatius evolvere, ut meminisse velint, qui historias legunt: vera rerum momenta, ab illis, quæ tempori & causæ serviunt, inventis, probe discernenda esse.

Non attingam nostri temporis exempla, ad ludibrium aut opprobrium magnorum nominum valitura, si omnia acta ab eo & cum eo, qui neque parasse, neque habuisse per bonas artes imperium, plerisque visus est, non haberentur pro actis à ciuitate & cum ciuitate.

Quanquam, ut supra innuebam, aliqua agi à tyranno, etiam ius adepto, nec iam tyranno, possunt, quæ proactis à ciuitate, ex natura rei, neutiquam sunt habenda. Ut, si quis faceret, quod Dux Atheniensis, Florentinorum ceteribus incubans fecit, cum mercatoribus, qui Lucensis belli tempore, rempublicam pecu Histor. Flo-
nia inuerterant, syngraphas tabulasq; eripuit, teste Machiauello. Re- rent. lib. 2.
rum enim creditarum fides sanctior est, quam ut ullius potestate an. 1342,
hominis conuelli queat, neque obtentui, eminens dominium
hic esse potuit. Sicut igitur bello, priuatorum iura inter se &
commercia suspensi contingit ac cessare; pace autem, quæ ad
naturalem statum omnia reducere instituit, vim pristinam ex-
serunt, (naturalem enim æquitatem sequitur formula pacis Antiocho à Romanis datae, Rhodiis cauens: ἐπὶ τῇ χρῆμα ἐργαζεται δυ- Excerpt.
τοῖς, οὐτοις ἐσαν προστίμοις, καὶ ἐπὶ τῇ απελεόνι ἀπὸ δυτῶν, αὐτῷ γνωθεὶς ὑπὲρ διποδούντων.) ita tyrannis intercidere potest iura naturæ, non ef-
ficere, quin obstaculo amoto statim valeant vigeantque.

Mutata de cetero forma ciuitatis, quedam per se concidant necesse est: non quod alii iam sit ciuitas; sed quia quedam acta erant, ut à tali ciuitate, aut cum tali ciuitate. Sic instituta Aristocratica, sive quæ remp. ut dēmōcratiké spectabant, succedente alijs statu intereunt: quemadmodum quæ singularis imperii propria sunt, in plurimum regimine locum non habent. Idque & domi & foris valet.

Quia vero mutationes eiuscmodi non quidem semper, sed plerumque accidunt, intercedente παρενθετικῇ, sive declina. Polyb. lib. 6.
tione status recti in virtuosum, ut singularis imperii in tyrannide, aristocratie in oligarchiam, popularis reipublicæ in licen-

tiam multitudinis: sapius redit illa questio de actis tyrannorum; an seruari oporteat in constituta iam recta formâ, quod actum est in degeneri? De qua tamen re satis iam est dictum. Nisi quod hoc adiicendum videtur: illas παρεγένεται vel annos ac ætatem ferre; vel brevi & controverso semper statu, rationem obtinere transitus ad rectam nouam formam. In quo posteriori genere plus disputationis solet occurre.

Est & illud non prætereundum genus occultarum mutationum. Apertas enim & vulgus videt nouitque. At cum ῥηγία πολιτεύεσθαι in republica induci cœpit, prudentium tantum oculis peruvia sunt fata ciuitatis vicesque. Non alius autem ciuitatibus, ab hoc genere maius est periculum, quam ubi Democratio, aut mixta forma obtinet. Popularis potestas; inquit

de rep. 4,1. Bodinus, sapius nullo pene sentiente conuertitur ad optimates

& mox: Eiusmodi fuit earum quas dixi ciuitatum conuersio à populo ad optimates: qualia etiam contigit Venetiis, Lucensiis, Rhagusa-niis; quorum imperia, cum olim popularia fuissent, temporis diuturnitate, Aristocratica, nullo pene id sentiente, euaserunt. Eodem modo in mixto statu, fieri solet, ut per varias artes una pars sibi vindicet, & quasi suo iure agat, quod non nisi iuncta vis partium agere debebat. que labes increscit, ubi corrupti mores, nihil in reip. administratione incorruptum patiuntur esse. Quo tempore etiam hebetes, fatali caligine, ad perspicendum oculi; inertes ad sentiendum animi deprehenduntur. neque vulgi tantum is error est: sed magnorum aliquando virorum ingenia fatigat hæc observatio. Nam subinde signa conturbantur, quibus volunt-

Ep. ad Att. 8,9. tus à simulatione distingui posse, que Ciceronis querela est. In Romana Rep. ex eo tempore, quo mixta esse debuit, sapius factum est, ut patres plus pollerent, quam ius reipublicæ postulabat; tribunis plebis ista parum sentientibus, & varie ad alia auersis. Populus quoque, dum post hæc vndique libertatem suam amplificare, aut libidini sua obsequi tendit, non animaduerit, se ultra viam sternere ad paucorum potentiam, quam in tyrannide delitura erat.

Et illud quidem genus occultæ mutationis, quod sine omni motu & strepitu, quasi tacita voluntatum confensione perfici-
tur

tur ac absolvitur, vix capit hanc disceptationem de actis ciuitatis. Sed in illis occultationibus, quæ in republica corrupta vtrāque paginam faciunt, perpetua hæc animos angit dubitatio. Mutationis enim vocabulo corruptiones quoque reip. varias comprehendimus: quotiens à fine ciuitati proposito, formæque legibus descriptæ ac moribus firmatae rationibus, agendi administrandi ratio deflexit, aut vincula instituti contextus infirmat, soluit, rumpit. Quæ dum agitantur, occasiones potius & causas, omina item ac principia mutationis, quām mutationem habere videntur. Quicquid enim mutationis consummata speiem prodere potest, abstruditur interim, ac dissimillima per vocabula obtegitur. Defensio etiam & conservatio reipublicæ vocatur, quod ad σύγχυσιν της πολιτείας interim tendit. Quæ *Cic. ad Agr.*
sc. 7, 8.

confusio longas moras trahere, & infinitas per ambages circumduci potest. Non est maius exemplum ab hominum memoriam, Romanâ ciuitate: vbi à Gracchanis temporibus, vsque ad constitutum ab Augusto singulare imperium, centum circiter annis, per factiones, tumultus, certamina, dominationes modo paucorum, modo unius, bella ciuilia; mutationes mutationibus tam irrequieto moto sunt continuatae, ut ad terminum illum falem vix tandem viderentur substituta. Cuius rei seriem compendio signat *Sallustius*, nobili digressione *in bello Iugurthino*: e. 41, § 42.

Ceterum mos popularium partium, & Senatus factionum, ac deinde malorum artium paucis ante annis Roma ortus est. namq; capere nobilitas dignitatem, populus libertatem in ludicinum vertere: sibi quaque ducere, trabere, rapere: ita omnia in duas partes abstracta sunt: resp. que media fuerat, dilacerata. Sequitur descriptio oligarchicorum facinorum: quæ cum patefacere, plebemque in libertatem vindicare instituerent *Gracchi*, quibus tamē cupidine victoria haud fatis animus moderatus fuit, moueri ciuitas, & dissensio ciuilia, quasi permixtio terra oriri caput. Et alio loco: Postquam remoto *Fragm.*
metu Punico, simulantes exercere vacuum fuit, plurima turbe, sediti. *lib. 1. His-*
tones. & ad postremum bella ciuilia ora sunt: dum pauci potentes,
quorum in gratiam pleriq; concesserant, sub honesto patrum aur plebis
nomine dominationes affectabant, boniq; & mali ciues appellati, non
ob merita in rem. omnibus pariter corruptis, sed vti quicq; locupletis-
simis

simus, & iniuria validior, quia praesentia defendebat, pro bono ducebatur. Tam perturbato rerum statu, eadem quidem mansit ciuitas, quamvis corrupta & immensis concussionibus agitata: sed quicquid prepollenti factioni aut paucis præpotentibus placuit, ciuitatis nomine prescribebatur. Ciceroni epistola, præsertim ad Atticum, commentatororum vicem præstant, frequentibus querelis, perpetuis iudicis, de administratione reipublicæ. *Audi*, inquit, constitutum esse Pompeio & eius consilio, in Siciliam mittere, quod imperium habeam. id est⁷ A. B. S. n. l. u. nec enim senatus decreuit, nec populus iussit, me imperium in Sicilia habere. Ciuitatis equidem erat, imperia mandare, i.e. Senatus populique. Sed cum res publica valeret, nunc vnum aliquem aut paucos, omnia posse, non à. B. S. n. l. u., sed à. B. S. n. l. u. erat, nonne enim iam pridem, Cicero, vidisti priorem Cæsaris consulatum. at tum imbecillus plus, inquis, valuit, quam tota Respublica. Neque, his moribus, opus est illa deliberatione de præpotente & viatore: quid autem sit acturus, aut quo modo, nescio, sine senatu, sine magistratu, ne similare quidem poterit quicquam πολιτικῶν. Non deerunt speciosa vocabula, ne verere, quamquam senatus populusque suis moribus & τακτοπολιτείᾳ iamdudum effecerant, ne docta simulatione opus haberet, qui ambitionem & libidinem animi in consilio habet,

Erant sane bonis viris, illisque qui optimates vere habevilent, in ore & animo, auctoritas reipublicæ, odium dominationis paucorum, & tyrannidis; neque alio volebant frequenter charactere notari, quam illo poëte:

non contemnere se, & reges odisse superbos.

6. 3. &
2. 8.
2. 11.
4. 17.
2. 9.

Solenne tum carmen factum: hoc vero regnum est, & ferri nullo pacto potest. Sero: ex quo intellectum est τριπλασιάτας ambitum, comitia, interregnum, maiestatem, totam deniq; rem, floci non facere. ex quo, que inuidiosa fuit Senatus potentia, non ad populum, sed ad tres immoderatos homines redacta est. Quin & plebis animi, quod sibi suo iumento acciuerant malum, nequamquam tacite dolebant: Verum querelis non tollitur, sed irritatur tyrannis. Licet ergo vere scriperit de illis temporibus Cicero: nihil unquam fuisse tam infame, tam turpe, tam peraque omnibus

om
qui
qui
cui
hic
var
san
in p
mil
cur
Si r
ru c
om
pop
diu
lum
qui
ture
'Ave
ipsu
Pra
leria
bos
quo
lins
dum
vide
gum
qui
& m
pote
min
tius
illec
quid

omnibus generibus, ordinibus, et atribus offendit, quam illum statum; Ep. ad As-
qui tun erat: cum populares illi, etiam modestos homines sibilare do- sic. 2, 19.
cuerunt: Nihilo tamen minus, verissimum id quoque scriptum est: adde 2, 21.
hic statutus, qui una voce omnium gemitur, neq; verbo cuiusquam suble-
vatur. Populi sensus quidem maxime theatro & spectaculo (ubi non
fanatur, sed deluditur resp[ublica]) perfectus est. Diphilus tragædus
in Pompeium petulanter inuestus est: Nostra Miseria tu es magnus,
millies coactus est dicere. Eandem virtutem istam, veniet tempus,
cum grauitate gemes, totius theatri clamore dixit, itemq; cetera. ---
Si neque leges, neque mores cogunt, & cetera magno cum fremi-
tu & clamore sunt dicta. Sed quid valeret iam, quamvis una vox
omnium, mago odio firmata, quam praesidio? Nullus hic clamorum
popularium fructus: nullum iam Archilochia Bibuli edita reme-
diū promittunt: imbellē & fragile adverſus armatas opes te-
lum. Neque medicinam reipublice vulneribus facit inuictus
quidem, sed seram magis penam ab auctoribus cladiū repeti-
turus, quam intercessurus cladibus, calamus eius, qui scripsit:
Avèdora, Theopompino genere, aut etiam asperiore multo pangen-
tū, neq; aliud iam quicquam πολτρόναι, nistodisse improbos, & id
ipsum nullo cum stomacho, sed potius cum aliqua scribendi voluptate.
Pratermissum erat tempus, quo nascentibus malis facilita & ce-
leria proponebantur remedia: & ad multos reipublicæ mor-
bos, nemquam tot vulnerum continuatione seriē pertinet,
quod de uno, qui se in possessione reip; collocauerat, extulit Tullius:
horum omnium (malorum) fons unus est: Imbecillo resisten-
dum fuit: & id erat facile.

Aduersus tempublicam, ne villa vis valeat, in tempore pro-
videndum est: ne humanae ambitioni aut cupiditati locus sit, le-
gum esse intemerata auctoritas debet. In plurium Imperio,
quicquid de legisbus detrahitur, personis adiicitur; corruptioni
& mutationibus variis ansam præbet. Ne glisceret paucorum
potestas, nihil ex iuribus reipublicæ laxandum, remittendum,
minuendum erat. Fecerunt Romæ magnos, qui factos iactan-
tius dolebant. Ceperunt te quoque, M. Tulli, præpotentium
illeceb̄: neque dissimulasti gaudium ex fauore eorum. Illud
quidem, inquis, sumus adepti, quod multis & magnis indicis possu- 4, 15.

Mus iudicare, nos Casari & carissimos & iucundissimos esse. Et rufus: alterum complectebat, quia de me erat optime meritus; alterum, quia tantum valebat. feci igitur, itaq; feci omni obsequio, ut neuri illorum, quiquam esset me carior. Deceptus quidem est candor tuus sepius (quod fere optimo cuique inter ambitiosos & dominandi cupidos evenire solet,) neque dubitas fateri tuum errorem: Pompeius amat nos, carosq; habet. credis? inquires, credo: profusa mibi persuader. Sed quia, ut video, pragmatici homines omnibus historiis praeceptis, versibus deniq; cauere iubent, & vertant credere: alterum facio, ut credam: alterum, ut non credam, facere non possum. Sequebatur ergo ut lamentareris: Utinam mihi tam in periculo mens integra fuisset, cum ego iis, quibus meas salutem carissimam esse arbitrabor, inimicissimum crudelissimumq; vsu sim: qui, ut me paululum inclinari timore viderunt, sic impulerunt, ut omni suo scelere & perfidiâ abuterentur ad exitium meum. Et: Vides me omnibus amplissimum, carissimum, iucundissimumq; rebus perfidia hominum squalitatem; vides me à me consiliarius proditum & projectum. Iam in Pompeium fauor, aliquid excusationis habere potuit, dum credivit, eum pro republica niti. excusla tibi est rebus manifestis ea opinio, fateris enim: Cnaeus noſter, cum antea nunquam, in hac causa minime cogitauit, ut ciuitas beata esſet. Dominatio quaſita ab utroq; est, non id attum, beata & honesta ciuitas ut esſet. — genus illud Sullani regni pridem appetitur; multis, qui una sunt, cipientibus. — — — neutri exorū est ille, ut nos beatissimus, uterq; regnare vult. Et iterum: Mirandum in modum Cnaeus noſter. Sullani regni similitudinem concupiuit. Iudicis tua rēgo, nihil ille minus unquam obscure tulit. cum hocne igitur, inquires, esse vis? beneficium sequor, mihi crede, non cauſam, ut in Milone; ut in, sed hactenus. Responderat tibi abunde Atticus tuus. Sed anxia deliberatio tua, desit tandem in perpetua fluctuationem, vnde nec te nec rem publicam expedire potuisti.

Non egisse his temporibus ciuitas dicenda est, qua paucorum per arbitria iactabantur. Et si mature aduigilasset senatus populusque, in quibus vniſ nominibus auctoritas Civitatis erat, impediri pleraque debuissent, & rescindi potuissent. Sed prodiſta, quibus dictum est modis, auctoritate publica, reliqua est misera

sera consultatio; an bello & immisso percursoribus, actis ty-
rannorum, in tantum corroboratis, etiam cum periculo & per-
nicie ciuitatis, intercedere fas esset: cuius generis *Cicero politi-*
cis & temporum furorum, Cicero commentatus est: dum ταλιπρε-
ροτανη σuam & virorum bonorum frustra exspectat. Tyrannis
enim nemini infestior est, quam viris cordatis, & patria aman-
tibus, quorum voce oppressa, consiliis à republica submotis, fa-
cilius in turbido plicantur & securius illi tyrannones.

Et hactenus quidem de mutata reipublicæ forma, & tem-
tamentis, conatis, serie contextuque talium mutationum, exem-
plorum sat. Fiunt autem, & affectantur alia quoque muta-
tiones manente formâ: cum *alii homines, deieciunt, qui rerum po-*
tiebantur, succedunt, non alii ciuitatis mores; aut *vnius status disci- Aristot. 5.*
plina intenditur, vel remittitur; aut *nouus magistratus instituitur polis. 16.*
in republica, aut abrogatur. Quæ Philosophi annotatio ita acci-
pienda est, ut in rectis & deerrantibus formis locum habere me-
minerimus; imo in aberrantibus sèpius. Quid enim frequen-
tius, quam tyranno deieciunt, non tolli tyrannidem, sed succedere
alium tyrannum? paucis impotenter dominantibus, substitui
in eodem statu, alios pari potestate armatos? Iam intendi &
remitti tyrannidem vnius vel paucorum, pro ingenio dominan-
tium, aut temporibus, adeo notum est, ut annotatu non indige-
at. Illa difficultor inspectio, quando in singulari vnius imperio,
ex ciuiliore formula, paulatim adductius regnatur, & ad herile
imperium peruenit. Hic enim quidam omne addictius regi-
men damnant, & herilem omnem dominatum tyrannidis cri-
mine infamant: violentius scilicet philosophati. Neque enim
ciuitatem egisse negaueris, quod gliscente eiusdem status for-
mula, & intensiore iam Principatu gestum est. Nisi quod in
mixto statu, vix vnius partis iura intendi possunt, quin alterius
partis iura imminuantur. de qua re infra aliquid dicendum erit.

De magistratu novo, exemplis non accurate vtuntur Inter-
pretes Aristotelis. Tribunorum namque plebis institutio Romæ
spectauit ad ipsum statum; sive ad partem democraticam in
mixto illo statu firmandam. Quanquam enim statim ab initio

libertatis, res ad mixtam formam cœpit vergere; tamen parti populari tum demum suum ius in republica est firmatum. Quare & postea, qui diminuere aggressi sunt potestatem tribunitiam, quod de Sulla & Pompeio referunt, καλάντινοι μέγες δημοκρατικοί, sive dissolutionem iuris popularis sibi propositam habuerunt. Fuerit igitur Tribunatus ex eo genere magistratum, de quo, ex Aristotele, Cicero dixit: *magistribus, itaq; qui præsent, contineri rempublicam, & ex eorum compositione, quod cuiusq; reipublicæ genus sit, intelligi.*

Veriora exempla sunt extraordinariorum magistratum ac imperiorum. *Dictatura* huius generis est: quæ nihil aliud erat, quam magistratus extraordinarius, cui res publica commisit imperium ad certa negotia confienda, bellum gerendum, comitia habenda, seditionem sedandam, aliaque. Neque est, quod temporarium inde regnum *Grotius* faciat: contra quem *I. B. 1, 3, 8.*
& 11.
1. de rep. 8. potius audiendus est *Bodinus*, nostra sententia assertor. Itaque, quamquam ab initio Ciuitas, per dictatorem actura, tantam ei committeret potestatem, ut *provocatio non esset*: tamen, cum postea provocatum esset, seuerissimus dictator *Papirius agnosuit* populi esse, quicquid in dictatura effeti juris, neque suum, sed populi Romani imperium, disciplinam militarem, solennem & sacratam militiam, in ore habuit: firmatumque tum periculo *Fabii imperium militare*, *Historicus* iudicavit. Posset hoc exemplum optimè cum eo comparari, vbi affirmatur, *de omnibus summan populi Romani potestatem esse*. Quare & ad Senatum de agendis dictator retulit, & Senatus decrevit: addita sane interdum illa clausula liberorum quidem, sed mandatorum: *cetera omnia ageret faceretq; ut è rep. duceret*. Est & factum *Fabii* dictatoris in permutandis captiuis, dubium habitum, quia non expectata in *22. 23.* eo *Senatus* auctoritas erat. Quid, quod tribunus pl. legem se latrum fuisse de abroganda dictatori imperio minatur, si antiquus animum plebi Romana esse? Quid, quod inslu populi per *Senatus* consultum aquatam est magistri equitum & dictatori imperium? Eodem nimis spectabat Dictatori permissa potestas, quo forma sciti ultima semper necessaria habita, ut videant consules aut magistratus, ne quid res publica detrimenti caperet. Quæ potestas (expli-

*Liu. 3, 4.
& 6, 19.*

(explicante Sallustio) per senatum more Romano, magistratui maxima permittritur, exercitum parare, bellum gerere, coercere omnibus modis socios atq; cives; domi militiaq; imperium atq; iudicium sumum habere, aliter sine populi iussu, nulli earum rerum consuli ius erat. Sicut autem, quamvis maior, quam dictatura, & rarius longe, permisla magistratibus potestas, formam reip. non mutauit: ita nec dictatore creato, talis mutatio statui debet. Sed, nec Decemviri scribendu legibus mutarunt formam ciuitatis: nisi quod magistratum in tyrannidem vertere, & fiduciarium ius ut proprium vindicare postea aggressi sunt. quo tempore, quantum ad ius magistratus attinet, merito priuati censebantur. Videtur qui-
dam Historius mutatione Reipublica hunc Magistratum meti-
xi, quando inquit: Anno 302, quam condita Roma erat, iterum mu-
tatur forma ciuitatis, ab Coss. ad Decemvirolos, quemadmodum ab re-
gibus ante ad Coss. venerat, translati imperio. Sed de hoc loquen-
ti genere alibi actum est: neque magis hic magistratus, certam
ad rem, certum in tempus constitutus, statum ciuitatis, si ac-
curate hunc signamus, mutauit, quam Tribunatus militum con-
sulari poteſtate.

Mutationes circa locum, non efficere, ut sit alia ciuitas, re-
ete Aristoteles notauit; si recte explicetur. Potest fieri, ut ciui-
tas eadem contrahatur, aut amplificetur locis, aut disjungatur
intercallis. Hispanica hodie est ciuitas, nostro loquendi gene-
re, quicquid distantibus longe latetque locis, Hispanici iuris est.
Quod autem ciuitas pluribus nationibus, vrbibus, pagis constans
locum tota suo auspicio arbitrioque mutauerit, exemplis nun-
quam affirmatur: nisi quantum potior pars interdum attendi-
tur, & sedes imperii pro tota ciuitate nominatur; sicut Athenar-
um ciuitas in classe, non in tectis & edificiis vrbis, tempore The-
misticl, versari dicebatur. Afferunt & Romani decreti for-
mulam, qua licet promissum esset Carthaginensibus, οὐδὲν ἀν-
τίοπον ἔσεσθαι τὴν Ελευθέραν, σιγουρίαν & liberam fore ciuitatem, ut
est apud Appianum; Carthago tamen dirui postea iussi est, ut a-
lia edificaretur loco à mari LXXX. stadiis remoto. cumque fi-
des promissorum exigeretur, obtendebant Romani, Carthagi-
nem non in loco & muris, sed in ciuibus esse. Καρχηδόνα γὰρ
C 3 ipat

Catil. 29.

Liu. 3, 39.

C 41. E

49. C 51.

Liu. 3, 33.

Appian. ἐπάστις τοῦ Ιδαῖοῦ οὐκέται, inquietabat Romanus. In qua re *Aristoteles*, *pol. 1. c. 5* *Lilybaeum*, insultans Carthaginensibus, quasi non recte urbem à ciuitate distinxissent, incautissime absoluimus Romanos, quorum causationem merito incusat *Grotius*. Sie enim ita egerunt, sicut *sept. 2. s. 2.* *I.B. 2. 15. 15.* Appianus narrauit, siue *Diodori Siculi* narrationem sequi placet, *Elog. Le-* qui Romanos, ait, in hac actione nunquam πόλιν τὴν Καρχηδόνα *gas. 27.* nominasse, ac verbis exprefſisse, sed ipſis (Carthaginensibus) ſi obſedes darent, promiſſe libertatem & cetera, eo quod humanitate formula duriora confilia vellent abſtrudere: ita certe cum Carthaginensibus actum est, ut cum ciuitate & de ciuitate, non de urbe, actum censi debeat.

De Urbe imperii sede, multa ſunt, quæ de cetero dubitatur. Sicut autem translata alio ſedes imperii non ſta in mutatione ciuitatem, ita non omen modo, ſed via hanc eſſe potest ad ulteriore mutationem.

Hominibus mutatis non mutari ciuitatem, ostendit Aristoteles exemplo fluminis, aquarum defluſus non mutantur: *c. 14. extr.* quod, post alios illuſtrat *Jo. Gryphander de Inſula*. *Grotius* autem *I.B. 2. 9. 3.* locum *Taciti* affert, ubi contra Athenienses male ratiocinatus fit *2. A. 55.* *Piso*, qui post tot clades extintis veteribus civibus, & substituta colluvie nationum, non eſſent iam Athenienses. Rechte, si Athenienses spectamus, ut ciuitatem non subditam Romanis, ſed ſociam. Sed adempto imperio, non idem dicendum erit, *I.B. 2. 9. 6.* ſicuti ppe *Grotius* ostendit. At quod, vulgo *Lucani* illud tantisper iactant,

— non ordo perdidit inquam
Mutato ſua iura ſolo;

parum huc pertinet. Confusa enim tumultu ciuili republika, nec nomina, nec iura pristina, id ſunt, quod eſſe debent. Haud ita proclive eſt ostendere, id Senatum ſuisse, quod hoc nomine praescribebatur. Et, ſi fuiffe, vinceretur, nondum probatum eſt, id rem publicam eſſe: quæ non Senatus, ſed Senatus populiq; imperio conſtabat.

Incidit hic quæſio, de vnitis ciuitatibus: an una ciuitas alteri vnitia, maneat eadem? Non amitti iura, ſed communicari, *I.B. 2. 9. 9.* dixit *Grotius*, & exemplo Sabinorum, & Albanorum vſus eſt. quæ

Quæ rem non expedirebant. Accepit T. Tatius Sabinorum Regem *Liu. 4.3.* in regni societatem Romulus: nempe, quando interuentu mulierum uterque populus non pacem modo, sed & ciuitatem vnam ex *Liu. 1.13.* duabus fecerunt, regnum confociarunt, imperium omne contulerunt *Liu. 1.13.* Romanum. Quæ verba *Liu. 1.13.* ostendunt, Sabinos ita accessisse Romanis, ut vna esset ciuitas, Romana scilicet: Sabinis in communionem iuris Romani ascitis, quod amplius *Dionysius expo-* *lib. 2.* nit; & imperio duumvirali ad tempus instituto, manente nomine regio. Quinimo non per ambages *Historicus* ostendit, rem ipsam & vera iura Sabinorum, in ciuitatem Romanam cessisse, inania quedam simulacula, de nomine Sabinorum usurpata esse: ita *geminata* urbe, ut Sabinis tamen aliquid daretur, *Quirites à Curi-* *Liu. 1.13.* bus appellati. *Geminata* urbs, est accessione alterius populi amplificata; quo genere figura etiam Poëta:

Occiderat Tatius, populisq; aquata duobus,
Romule, iura dabus.

Ouid. me-
sam. 14.19.

Non enim duo iam populi, sed unus erat, additis Sabinis auxiliis. Expirante ergo temporario duumviratu, morte Tatii, non crea- *G. Bodin.* tus est ex numero Sabinorum aliud collega, (sicut fieri & quum *de rep. 2.2.* erat, si mansura societas imperii etiam in una ciuitate instituta esset,) sed ab unius nutu omnia penderant. Cerum igitur mihi fuerit, hac confociatione ciuitatem Sabinorum factam esse partem ciuitatis Romanæ, i.e. non mansile ciuitatem, quicquid simulacri causa obtenderetur: nisi quis velit, ciuitatem in ciuitate statuere, quod est omninatione aduersum.

In Albanorum casto, etiam clarius res apparet, quando Tullius decreuit: *Populum omnem Albanum Romam traducere; ciui-* *Liu. 1.28.* *tatem dare plebi, primores in patres legere, vnam rem-
publicam facere.* Facta decretis iunguntur: *Roma crescit Alba* *ruinis, duplicatur ciuium numerus, principes Albanorum in patres,* *ut ea quoq; pars resp. cresceret, Tullus legit, & ut omnium ordinum* *viribus aliquid ex novo populo adiceretur, equitum decem turmas ex* *Albanis legit.* *Legiones & veteres eodem supplemento explevit, & no-* *vas scripsit.* Omnis autem argumenti instar in eo est, quod Al-
bani iam ante sub imperio Romanoru erant, expactione duelli:

Lio. 1. 24. ut ciuis cum populi ciues eo certamine viciissent, n̄ alteri populo cum
lib. 3. bona pace imperitaret; quod *Liuius*, & *vberius* *Dionysius* exequitur.
 Romani ergo, ciuitatem iam sibi subditam, vrbis primariae
 excidio multabant, hominibus Romam translatis. *Vnionis* &
communionis dulcia vocabula, seuero supplicio obtendi solent,
 quod licet oratorum more *Florus* in animo haberet, non potuit
lib. 10 c. 3. non verum admiscere: *Albam ipsam quamvis parentem, amulam*
tamen diruit, cum prius omnes opes vrbis, ipsumq; populum Romanum
transtulisset: prorsus ut consanguinea ciuitas non periisse, sed in cor-
pus suum rediisse rursus videretur. Eiusdem generis delinimenta
in Libyc. sunt, que *Romanus Coss*, apud *Appianum*, de utilitate Albanis
quaestia, differit.

Sed, ut ad *Vnionis* vistata hodie nomina redeamus, non est
 moris nostri compilare scrinia aliorum, qui abunde ad materias
Vtriusque Iuris de ea re consignauerunt. Quin potius tritam
philosophorum vestigiis semitam secuti, breuiter & partite adfe-
 remus, quibus haec disputatio nititur. *Vniuersitatis* diuersa, ut
maneat quaeq; quod fuit, non possunt, nisi per modum artioris faderis;
quod imitatur quidem naturam ciuitatis, ciuitas tamen, ut accurate
nunc vocabulo utimur, non est. cuius rei celebria exempla *Politici*
agnoscunt in concilio Amphictyonico, & Achaeorum societate, quam
& ob similitudinem, & τὸ συμπολίτευμα, Achaeorum remp. appel-
litant.

In recentioribus Belgico - Germaniae exemplum hoc ac-
commmodat Grotius. Sed & haec *Republica Belgica* dicitur ob si-
militudinem. Quando enim cum hoc corpore agitur, ita agi-
solet, tanquam cum uno populo, & cum una ciuitate. Ita in
Indiis, tanquam cum libero populo, Hispani patet sunt. ne de in-
finitis exemplis dicam. Atque hoc solum ac vnicum genus *V-*
nionis est, quam vulgo describunt, quod fiat salua cuiusque rei
natura & conditio. In reliquis generibus, favor eiusdem vo-
cabuli queritur: cum res ipsa discrepet, fiatque, *ut in digniori*
acceptionem veniat, quod minus dignum est; & pars unita maiori, il-
lius appendix fiat, ut in aliis exemplis loquuntur. Arcanis ali-
quando politicis hoc continetur, ut dissimuletur, aut diuersa spe-
*cie obducatur hoc negotium; sicut *Vno Magna Britannia* hoc*
sacculo

In Apolo-
get. c. 10

Baud. in-
duc. bell.
Belg. lib. 3.

seculo ostendit, vbi non sine ratione augurabantur Angli apud
Historicum: novi regni institutione, alterius antiquioris memoriam *Thuan lib.*
dissipi & extingui. Sub uno iure erant, quæ sub vnum nomen ^{131. pag.}
redacta sunt. Neque quenquam h̄c decipiat pristini morū, pri- ^{1100.}
fini iuris mentio, non enim semper, plenam *autrovias* capere de-
bet, cum hoc audis. Potest provincia aliqua, sive pars ciuitatis,
privilegia quædam habere; non tamen propter minus agno-
scit imperium ciuitatis. Victor inter artes est, de pristino mo-
re eorum, quos vicit, nihil mutare: neque ideo vici statim seor-
sum ciuitatem constituant; aut manent prioris ciuitatis pars.
Relicta igitur fuerit aliqua ciuitas de cetero suis legibus, sed agnoscere
tamen jubeatur imperium alterius ciuitatis, iam non manebit ipsa
ciuitas, sed erit pars eius, cuius suprema potestate continetur.
Fac etiam, sive populum aliquem, qui ciuitatem per se constituebat, ac scri-
vione in aliam ciuitatem, qua ex pluribus ordinibus, tanquam opti-
marius constet, ut eodem iure sit, quo sint reliqui ordines, id est, par-
ticeps imperii: tum ergo neque seorsum eatenus ciuitas erit, neq;
autrovias veram habebit; sed ut pars corporis censemur: sic
ut singuli optimates per se nihil iuris publici habent, sed vi colle-
gi, personam ciuitatis referunt. *Quid, si etiam mixto in statu,*
qua seorsum fuit ciuitas, veniret in partem mixtionis, & quadam iu-
ra maiestatis posidere? neque sic aliter, quam pars huius mixta
ciuitatis estimari potest. Mixta enim ciuitas, non nisi vna ci-
vitatis intelligitur. *Quando autem ciuitas, populus, regnum, sui iu-*
re iuri, ratione soli aut territorii, ius pars in alia ciuitate nancisci-
tur; id sicut statum ciuitatis ipsius seorsum existens non spe-
ctat; ita cum modis vniendi, quos haec tenus attingimus, confun-
di non debet.

Transimus iam ad eas mutationes, quibus efficitur, ut ciui-
tas non sit eadem. Quo etiam coloniarum aliquæ pertinent. Illæ
quidè coloniæ, vel militares ob vñsus, vel alias ob causas ita dedu-
cta, ut maneant pars ciuitatis matrix, sive maioris patriæ, alterius
generis sunt. Sic Hispanorum, Anglorum, Belgarum, Gallorū co-
loniæ in Americanis insulis, ditione sua quæq; ciuitatis continen-
tur. Sunt autem aliae *colonia* (significat enim vox, quamvis ex
alia ciuitate natam yrбem vel ciuitatem) quæ seorsum ciuitatem

D constituunt

*Cl. Berne-
ger. ad Iu-
stin. 24,41*

constituant, neque partes sunt originis sua. Sic olim, cum in

ver sacrum dimitteretur manus, factura non urbem modo, sed ci-

vitatem singularem, quantum ad iura maioris patrie attinet.

Quemadmodum autem hi sacri exules erant; ita aliorum exu-

lum eadem fortuna esse potuit, & lepe fuit, ut nouæ ciuitatis au-

tores existerent. Didonis fuga peperit Carthaginem. Et ha quidem

colonizat. sicut & orsum ciuitatem constituebant, ita maiorem

patriam cultu quidem a honore, & quadam quasi in

parentes pietate afficiebant, que *zeba* diligenter colligit doctil-

*ad Excer-
pt. Peiresi.
p. 6. & 7.*

imperium tamen maioris patriæ non a-

gnoscabant. Vnde male ratiocinante Metium, ab honore ad

ius imperii, quasi equum est coloniam Romanam ciuitati matri Alba-

nus parere; grauiter coaguit Tullus; quod nec iure, nec more hoc

postuleretur; exemplique ostendit, nihil esse iustum, quam coloni-

*lib. 3.
Grot. 1,8,
2,9,10.*

am metropolis imperare, apud Dionysum Halicarnassum. Illæ quo-

que colonia, que ex Troiani excidii cineribus passim sunt disse-

minatae, non partes Troiana ciuitatis, que interierat; neq; trans-

latio ciuitatis eiusdem fuerunt; sed vel accesserunt, ut partes, a-

lii ciuitatibus; vel ex reliquis illis Trojanorum ciuium, nouo

ortu nouæ ciuitates extiterunt.

In hoc genere mutationum, quo efficitur, ut non eadem sit

ciuitas, duo incomparabilia exempla habet omnis ævi historia:

diuisionem Graci imperii post Alexandri mortem; & Romani impe-

rii solutum, ac in partes dissidentem contextum. Vtrumque tetigit

I. B. 2,9,10. Grotius: & iudicium de priori, ut arbitror, sum si ex Bodino. Ve-

& II. 4. de rep. i.

rum est: ex vna illa ciuitate, i. e. imperio Alexandri, extiterunt

diversæ ciuitates complures: sed paulatim. Nam ab obitu A-

lexandri, quantum ad formam auctorum publice attinet, mansit

vna ciuitas, Alexandri potestate in Arideum, cui Philippo nomen

indiderunt, translata; cui mox natum ex Roxane filium adiun-

*Arrian. a-
pad Photiu
cod. 92. vbs
Andr.
Schottis
mox.*

xerunt collegam. Hæc palam, & aperte. Ut diuisio illa imperii

præfectos & curatores prouinciarum sue partium vnius ciuita-

tis, i. e. imperii Alexandrinî destinaret. Sed, quantum ad arca-

na proposita horum prælectorum attinet, verissime pronuncia-

lib. 10, c. 10. vñt Curtius, ipsos specie imperii alieni procurandi singulos ingentia in-

passisse

Vafissa
tunit
quide
Par en
videt
gere.

felici
ille fe
strat c

do ciu
curru
ciuita
dina
Grotin
dan a
cum P
inqui
tra ius
pla m
Sannic
ciuit S
tar, qu
robis i
pudere
fulares
termin
autem
Grotiu
Arioni
impro
sabla, I
ciatio
cosq; a
manor

Vassisse regna. id quod postea scilicet, & ex euentu patuit: oppor-
tunitate oblatâ ex imbellia & infimitate Aridai: qui ne modici
quidem fati idoneus hæres, tanto imperio sustinendo proflusim im-
perat. De altero exemplo Romani imperii, vbi *Grotius* non
videtur sui nominis memor fuisse, præstat filere, quam paucis a-
gente. Erit locus accusatori de ea te sermoni alio tempore.

Mutationes quibus efficitur, ut ciuitas definat esse ciuitas,
feliciter exequitur *Grotius*. Cumque vi vel maiore, vel humana *I.B. 2,9, 4,*
illa fere constent, non potest esse res obscura, quæ se ipfa demon-*Et 5, Et 6.*
strat & oculis ingerit.

Redeundum ergo est ad illam quæstionem nostram, quan-
do ciuitas egerit, non modo eadem, sed eiudem forme ac status? Oc-
currunt hic acta à magistratibus, curatoribus, legatis, ministris
ciuitatis. Cuius generis sunt sponsiones, sicut in exemplo Cau-
dinae sponzionis fuse disputatur apud *Liuium*; & explicatur apud *lib. 9. cap. 2.*
Grotium. Quin tamen seriis & grauibus argumentis, inania qua-*8. Et seqq.*
dam accesserint, non negauerit, qui illud ludibrium considerat *I.B. 2, 15, 3.*
cum Postumius deditus genu facialis Romani magna vi perculit,
inquiens, se Samnitem ciuem esse, illum legatum, faciale a se con-*Liu. 9, 10.*
trarius gentium violatum; eo iustius bellum gesturos. de qua *negre-*
via merito queritur Pontius Samnis, & increpat: *Ita dii credent,*
Samnitem ciuem Postumium non ciuem Romanum esse, (fuisset sane
cuius Samnis, si deditio accepta esset, non tamen inde conficeret,
quod sequitur) *& a Samnite legatum Romanum violatum. eo*
volus iustum in nos factum esse bellum. Hæc ludibria religionum non
pudere, in lucem proferre, & vix pueris dignas ambages senes ac con-
sulares fallenda fidei exquirere? Sed de illis quidem, qui præter
terminos mandati agant aliquid, dictum est alibi. Nonnunquam *Dissert. de*
autem de formula & significatione mandati dubitatur. Putat *religione*
Grotius, Iulium Cesarem nomine ciuitatis non bellasse aduersus *mandatis.*
Ariouistum: auctoritatem Catonis in hoc sequens, qui id factum *I.B. 1, 3, 5.*
improbabat. Sed Cæsar tuerit se Senatusconsulto, quo M. Me-
salla, M. Pisoni Coſ. senatus censuerat, vii quicung^o Galliam provin-*Cæs. bell.*
ciam obtineret, quod commodo Reipublice facere posset, *Aduos cete. Gall. 1, 35.*
cosq^o amicos populi Rom. defendenter. Hædiū autem de incursionibus Ger-
manorū querebatur: quā *Florus* iustissimā bellandi causā existimat. *Flor. 3, 10,*

Videri meretur *Ciceronis* sententia, quid ex similiis Senatusconsultis formula sibi licere putauerit, in Epistolis. Quin ipsam extraordinarii imperii potestatem ita sibi oblatam à Senatu populoque Cæsar differit, apud Dionem, ut liberum ipsi iudicium relinqueretur, quibus esset bellum inferendum. Speciose hunc locum ibi tractari, videoas, quamquam non tacet *Historicus* cupiditatem belandi in Cæsare, & quæ sitas studiosius occasionses. Quo rerum animorumque habitu, iterum quæri solet: an actum à ciuitate haberi debeat, cuius agendi potestatem accepere quidem actor, sed præ propere & animosius exercuit: Quales errores, cum non possint in actionibus humanis ad liquidum redigi, aut minutatim demonstrari; humanius videtur omitti disputationem in ambages & tricasitaram.

Sine controversia autem transgressus est mandata sua ciuitatis Callicrates apud *Polybium* Achæorum legatus; imò mandatis contraria in Senatu Romano differuit, quod ut posset audere, contrariæ domi factiones efficiebant. Reliquorum interim legatorum silentium nullo modo excusandum est: qui cum Callicratias prædicionem minime probarent, non sunt ausi tamen contra hiscere. Quæ res monere potest ciuitates, in quibus præfertim non omnes eadem de republica sentiunt, ut videant, quos sua voluntatis interpres legant, aut colligant. Achæis certe hoc initium mutata in deterius reipublicæ, *Historicus*, fuisse ostendit. Romani enim, licet satis scirent, ciuitatis mentem longe aliam esse, quæm ex legato proditor audierant, hanc occasionem suam esse rati, libertati Achæorum imminebant.

Seruabimus ordinem questionum per varias rerum publicas. In Regnis, vere talibus, acta Regis sunt acta ciuitatis. Etiam cum præter voluntatem Senatus aliiquid fit, Pro ingenio & indole Regum (semper de vero regno loquimur, non de mixto statu) maior minorus solet esse Conciliorum & Senatus auctoritas. Ea occasio & materia disputationis: quæ non alio in regno, maiore libertate ac eloquentia mota sapientius est, quæm in Gallia: vbi Curia ius admonendi Regis de edictis conditis, habet. quoisque? an etiam in publicis negotiis reliquis? Senatoz auctoritas patroni extendunt: Regis, ut Herculis, partes, non patiuntur

*Excerpta
legat. 586*

patiuntur sibi clauam è manibus extorqueri; vincuntque: acta
ciuitatis esse, qua Regi placuerunt, etiam si curia displiceant.
Disputatum est acriter hac de re in Curia Parisiensi anno huius
seculi vicesimo, Verduno Senatus Praefide, auctoritatem ordinis
vindicante; Vero Regiam maiestatem in omnibus summa
& irrefragabilem demonstrante & evincente, sicut uberiori re-
fert Bartholomeus Gramondus. Ius regium non legniter passim lib. 5. bis. 8.
tuetur, qui de ministerio Cardinali Richelii scriptus. Permissam, in His. mi-
quit, à Regibus Senatus admonitionem, quotiens modeste usurpatur, noster Car-
negi ut proprium ius vindicatur, magna auctoritatis esse nego, tamen lib. 6. c. 5.
obligari Reges, ut sententiam Senatus exquirant, aut eam omnino se- add. lib. 8.
quantur. Licer enim alibi certis sub legibus suscipiatur regnum, aut cap. 28.
ab ordinibus pendeat, Gallorum tamen Reges indefinita & libera pot-
estate imperare. Similia de Anglorum Regibus legas: quod li-
cet maximam Senatus auctoritatem agnouerint, regio tamen
iuri intercedere eam noluerint; & prudentie quidem cauila se-
pius ad curiam retulerint, qua sui iuris esse de cetero non dubita-
verint. De Henrico VII. summatis Baconus: Monetarum regi. His. Henry. VII.
men, & belli ac pacis tractatus & consilia, & rei militaris administra-
tionem, (qua omnino absoluti iuris sunt) sapienter ad Comitiorum
regni deliberationes & suffragia referebat. Neque Elisabetha du-
bitauit subinde Curiam, modestius admonere, & reuerentiam
iuris Regii ordinibus commendare, immo plenis comitiis denun-
tiare; cauerent Principis patientiam ladere. Cuius generis sen-
tentia male accommodantur adulantium artificio iis Principi-
bus, qui adstriccam lege & partitam cum Ordinibus potestatem
obtinent: ut paulo post dicetur.

Quid? si in regno accurate sic dicto Selantus aliquis, Princi-
pem suis præstigiis hoc illuc agitat, & indebitam priuato arbitrio
potestatem sibi vindicat. an, quæ egit, Regis, id est, ciuitatis
acta videbuntur? Dicet sententiam contra, Rex, ut primum so-
mino excusus, alienorum peccatorum pudorem non feret, & di-
cit regie; ut omnes intelligent, non impune attrectari iura vni
debita, cui Deus dedit. Recete monuit Antonius Perezius Duxem in Epistola
Lerne: Cum S. Ioannes ad pedes Angeli cuiudam, illum adoratu. ad ipsi-
us, abiicere se veller, Angelus intercessit his verbis: caue feceris; con-

Camdeno
part. 1.
an. 1566.

servus enim tuus sum. sibi dictum hoc poterit Aulicus, & quanto demissiore cultu adorari se a gentibus videt, tanto magis illos sibi noctiuros honores repellat, & non magis alios, quam se Principis ministrum esse cogiter. Moderetur itaque fortuna sua, dicaturque: vide ne feceris; etenim conservius tuus sum. Tandem enim in Principe subsilit & excitatur naturalis ille Zelus, affectus amore multo potentior, qui aqualem ferre negquit, sed omnes forcire vult, quanta inter Dominum & servum sit differentia. Fit hoc, ubi intra tyrannidis facinora, sola ambitione peccatum est, quid, si Regii nominis obtentu minister tyrannus graletur? Dura necessitas hominibus liberis, qua tyranno parere coguntur sub bono Princeps; inquit ille, qui persuadet Regi, ut publica usurpatam, ultimo supplicio privata fortis admoneat. Quod cum factum esset, placuit in mortuum lege agi, quo traducta ad posteros viri memoria, qualuix erat, amoneret sufficiem in iusta causa: tyrannidis usurpatam, amota pecunia publica, populi oppresi postulatio in ipsum instituitur, actore Aduocato fisci.

In Aristocratis, consideratur diligentius hanc questionem, opus est ad diuersa huius reipublica genera attendere. Est enim Aristocratis alia simplicior, & uno collegio, nec nominibus, nec iure distincto comprehensa: alia autem pluribus collegiis distinguitur, lateque diffunditur. In vitroque genere, non tam arbitria hominum, quam leges valere debent, ut valeat publica ciuitatis auctoritas. Sed in priori genere, ut minus periculi, ita rarer in hac questione dubitatio, nisi quis eadem in oculis habeat, quæ modo de regno dicta sunt. Nam si in Aristocratis sit, ut ceteri eiusdem iuris participes, pauci aliquibus concedant, eorumque de sententiâ omnia decerni, agique patiantur, plerumque bona cum pace & gratia restransigitor, sicut exemplis Liuianis constat: neque disputatur de auctoritate reipublicæ. Si autem obliquas per artes, & ceteris arguferentibus, pauci aliqui omnia ad se trahant; tum, si mature auctoritas legum opponatur, facile impediri potest, ne res in oligarchian degeneret. At ubi Aristocratica vis collegiis laxius distributa est, non minimi momenti dubitationes, & nisi praecidantur, contentiones de republica oriri possunt. Finge; Collegio cuidam, i.e. certo numero de optimatibus commissam esse administrationem solen-

*Gramond.
lib. 2. his.
de Ancreo.*

*lib. VI. c. 6.
C. lib. III.
cap. 70.*

nem -

nem & statam magni, & ad rem publ. spectantia negotii : sed nomine
& iure omnis optimatum ordinis exercendam. illud collegium au-
tem, paulatim proprio nomine, & ut sui iuria negotium id tractare.
Potest enim fieri, ut ab initio satis clara res sit, adeoque formulis
scripturae, quas sollicitudo & cautio futuri gignit, non perscriba-
tur: progresu autem temporis non æque in obvia luce consti-
tuatur, parata iam erit quæstio: an, quia non cautum est di-
fertis literarum verbis, rerum primordia non satis argumenti ha-
beant? tum in primis (ut ad auctoritatem publice actorum re-
vertamur) an non reliquo ordini optimatum, cuius nomine an-
gustior numerus tractandum accepit negotium, ius fasque sit
intercedere, agendi modum definire, sententiam suam interpo-
nere? an commisum quidem, sed ordinarium, solenne, hare-
ditarium munus omnem censuram & examen & participatio-
nem respuat? an ipsa committendi ratio, auctoritatem commit-
tentium integrum aternamque præstet? Finge amplius: Colle-
gia quedam, dignitatis & conditionis sua ratione distincta, pari iure
ad certum negotium concurrere: prerogativam autem ordinis & loci
liberalius de prærogativa iuris explicari: aut parius, ad disparem ex-
ercendationem allegari. Quæstiones, inquam, poslunt hic o-
riri, quarum exempla nemo lubenter disceptat.

In *Democratia validam*, de auctoritate publica actorum &
agendorum, quæstionem mouet *Lysias*, quando ad Athenienses
mirabundus inquit: ὑπὸ δὲ ἐξιον θαυμάζειν, ὅτι διεδε μὲν δι-
μορφαταί εἰσαν, γένεται δὲ τι ἀριστοί βέλονται. Merito vos mire,
Orat. 24.
τοι αλλιού, quod putatis *Democratiam* siue populare imperium esse,
οὐδὲ δικαίως
& sit tamen quodcumq[ue] isti volunt. Demagogos intelligit: quos
& graphicè describit: sicut & *Demosthenes* & *Iosephates* passim.
Sed quotiens populus vigilat, & se deceptum intelligit, exitium
sibi hi tales inveniunt. Id quod evenire etiam solet in magi-
stratum aëris, præter legum praescripta, & mentem populi actis.
Sed, quæ alias hic dubitantur, ex iis, qua dicta sunt, & dicenda,
dijudicari poterunt.

Crebrior enim disputatio est in mixto statu reipublica, quid
ciuitas egerit. Non est alibi plus opportunitatis, ambitiosis &
novis consiliis. Prima fraudis in hoc genere origo, ex ipsa de-
scriptione

*Scrip*tione mixti status: quotiens à mixtura, temperamentum non distinguitur. Illa enim vox unice ad formam ciuitatis; hec ad modum administrandi, haud raro à forma nonnihil discrepatem, referenda est; si accurate velimus loqui, non, quasi non permutari illas contingat; sed quod philosophari volentibus omnis confusio vitanda est. Notum est, non dari fere hodie Democritas, nisi Aristocrate, non mixtas (aliud enim id est) sed temperatas, quem Athenis omni ope consilioque optabat Iovitatis, adeò ut non aliud sibi in republica negotium potius dari arbitratetur. Si temperamentum istud Aristocraticum, de mixtura interpretaberis, iam data est via questioni, de qua agitur. Sub temperamentu simulacra etiam continentur, quæ pro veris rerum momentis, & pro iure reipublice venditare, inter artes politicas, variis de causis, adhibetur. Contareni calamo ita describitur; ex proposito quadam secreto, Venetorum respublica, quasi ex Monarchia, Aristocracia, Democratio mixtus esset status, cum nihil aliud quam Aristocracia sit: neq; ex aliis formis quicquam trahat præter temperamenta & simulacula.

Sicut autem ex temperatione ad rationem agendi pertinente, facere mixtura, que participatione iurum maiestatis definitur, multis solenne est: ita mixtura pro temperamento interpretatur vel ignorantia philosophie ciuilis, vel adulatio, & sua cuique utilitas. præstet in statu ex Monarchia & Aristocracia mixto. Ibi enim Principem, quotiens primus esse debet, solum volunt aspectare, qui atlant patriæ, domum reipublicæ preferunt. Quantum est rerum, quæ ciuitatis & reipublicæ nomine prescribebantur; plerisque imperii consortibus ignorantibus, aut contradicentibus gesta! Loquuntur *Acta publica*, que vocant, vbi homines tacent. Igitur hac vice nihil adiciemus: cum præstet alibi dixerimus de perniciose & impotenti sophistarum consuetudine, que ex confortibus imperii, consiliarios; ex imperiis, magistratus; ex domesticis, peregrina; ex nouis, vetera redigere, artificio plusquam Colchico potest.

Relect. po-
l. lib. 1.
e. 5. sect. 4.
s. 4. sc. apud

Ceterum in hac questione tractanda prorsus ferrini non possunt, illa Arnisai; Vbi distinguit inter contractus, qui in euntur a sola maiestate; & qui in euntur ab omnibus ciuitibus. Nihil enim certius

33.

Apud Philosophos hac sententia: quicquid maiestas agit, siue
quicquid habentes maiestatem agunt, id à ciuitate, atque adeo
ab omnibus civibus etum censeretur debet. Neque quicquam ab
sordidus dici potest, quād summa potestatem ciuitatis, ciuitati
oppone, in quemcunque enim vel quoscunque, ciuitas sum-
mam potestatem contulit, ille vel illi referunt personam ciuita-
tis. Si ergo omnium ciuium potestas superior erit maiestate; duo
summa in eodem ordine statues; & vni corpori duo capita im-
pones, id est, monstrum facies. Frustra excipit Arniseus: neque
enim maiestas vbiq[ue] representat totam rem publicam: in primis in re-
bus publ. corruptis. Vaga haec sunt & nullo scientia fundo conce-
pta, nisi enim argutari velis in vocabulo maiestatis, summa po-
testas vbiq[ue] est vniqa causa aetorum à ciuitate aut agendorum.
Sicut autem ciuitas, etiam iniqua agens, non statim definit esse
ciuitas: ita vbi summa potestate abutuntur, qui ea praediti sunt,
non statim solitus intelligitur ille ordo quo ciuitas est ciuitas,
quod Aristoteles saepe inculcat. & exemplo Democraticæ viciose
ostendit, quod si considerasset Arniseus, non subiecisset prioribus
ita: In omni enim prolapso republica agitur contra bonum totius ci-
uitatis; & proinde contradicunt nequeunt toti reipublica imputari; sed
manent penes eos, qui in fraudem reipublica contraxerunt. Abun-
de enim haec profligantur exemplo Aristotelico Democraticæ
viciose, in qua si tota multitudo contra bonum sit ciuitatis e-
git, penes quos manebit culpa male actorum, à ciuitate scilicet,
ut vult Arniseus, removenda? Illud quoque postea crude adii-
citur: Quin & ipsi ture nulla sunt, que contra vilitatem publicam
contraria sunt, siue ab iniusto reipublica possessore contrahantur, siue
à iusto. Latet fraus in prescriptione vilitatis publicae: quæ nec in
una rep. uno modo astimatur: adeoque nos nisi expressis ex-
emplis intelligitur. Dicent aliqui, vilitatem publicam esse, quæ
omnino ciuium commoda spectat. Atqui sunt ciuitates,
nec statim tyrannidis dammandæ, vbi omnia præcipue ad
vnus commodum referuntur. Quid opponet illias contracti-
bus, qui ciuitatem in patrimonio habet, etiam si ciues non existi-
ment ad suam vilitatem istos pertinere? Sed haec haec tenus.

E

Qui



Qui interim à ciuitate agenda, sibi vindicant, illi profanas
rebus sacris manus admovent, id est, ut clarior dicam, lēse ma-
iestatis rei sunt. Apud M. Senecam annotatur: *Is ledit populi*
*Romani maiestatem, qui aliquid publico nomine facit: tanquam si-
gnatus falsa mandata assert, sic audiuntur tanquam populus Romanus*
*illa dederit. Imperator sedus percusit, videtur populus Rom. percus-
fisse, & continetur initio fēdere. Et praecesserat quod repetitur*
*lib. 9. de. in Excerptu: In eo quod sub prætextu publica maiestatis agitur, quic-
cum peccatur, maiestatis actione vindicandum est. De fēdere sic ac-
cipe, utā sponsione distinguas: nempe, si Imperator, cum non*
*mis spondere posset, fēderis faciendi potestatem, quasi à ciuita-
te sibi permīssam, vindicasset, ac ciuitatem ignaram, iuitamq;
obligare volisset. Accurate enim omnia hīc capienda sunt;*
neq; illuc descendendum (quod ap. Senec. disputatur) ut, quicquid
*magistratus, obtentu publici officii, peccat, hoc criminē censen-
dum sit. Si enim ita accipias illa verba; in eo, quod sub prætextu*
p. m. explicatione opus habebunt.

Annotatum est antea, ciuitatem, quæ as alienum contra-
pag. 6. & 7. xerit, cum libera est, non solvi debito, si in formam provincie
redigatur, & fiat pars alterius ciuitatis. Verum hoc esse puta-
mus, etiam si bello facta sit hæc mutatio: cum hacten excep-
tione, nisi hostibus victoris debeat ea pecunia. Ius enim bel-
linon modo in bona & corpora hostium, sed etiam in iura cor-
rum porrigitur. Si autem debeat non-hostibus, tum victori,
si laudem iustitiae amat, non debet intercedere iuri, quod natura
dictat. nisi quod, necessarias ob causas differri tempus solu-
tions possit, fatendum est. Quid? si hostibus tuis alii debent
pecuniam: poterisne debitoribus hoc nomen remittere? Ma-
nente bello, fructu & sine effectu hoc tentaueris. Sed subiecta
ciuitate creditrice, & firmata possessione, si hoc feceris, iam de
tuo liberalis esse poteris. Videatur Grotii demonstratio.

I. B. 3, 3.
2. & 3. De ciuitatibus iniqua agentibus, aut ex iniquorum cœtu
conflatis, etiam recte putamus Grotium definiuisse. Vbi etiam
de corruptis ciuitatibus aliquid annotatur. In quibus haud fa-
cile est pronuntiare, nisi postquam corruptissima res publica, ad
alium aut meliorem statum emerserit. Figuras quoque non
oportet

oportet accipere, ut proprie dicta. Quid usitatus, quām magnam aliquam corruptionem, aut conuersationem, ut euerisionem & destrucionem exaggerare? κανοπολιτείαν pro ἀναρχίᾳ interpretari? concussionem pro interitu? Quæ in hac quæstione probe discernenda sunt. Qui πονηρόπολιν Philippi Macedonis ad Arnishi Relect. p. ferunt, cum de ciuitate describenda agitur, non satis attendunt. Iii. lib. 2. quid dicant. Non fuit illa ciuitas, ut hīc accipitur; sed in magna ciuitate, loco seposito, quādam quasi custodia, continendis 5. 16. scōrum, qui ciues ceteros inquinatur erant suo conuictu. Sicut ex Theopompo Suidas tradit. Voce πονηρόπολις.

Corollarii vice adiecta.

I.

Differentia inter Regem & Regnum, non recte traditur in Franco - Gallia cap. 19.

II.


Regnum Gothicum in Italia, noua ciuitas fuit. ut & regnum Longobardicum, & in Neustria Normannicum.

III.

Roma, quotiens exteris subiecta est, eadem yrbs, non eadem ciuitas fuit.

IV.

Arduum, sed Heroicum opus est, quod Anonymus Rhetoria. Aristotel. Scholiaestes (quidam Alexander Aphrodis. putant) ad 3. Rhetor. p. 66. notat: τὰς πάσις ἀγομέναται ἔταν τὴν ἐν τῷ πόλει διωρυγένην αὐτούτην (ἐν τῷ τὰς μὲν ἔναις πλουσιούς, τὰς δὲ πένητας, καὶ τὰς μὲν δυνάσας, τὰς δὲ ἀδικημένους) πειροτάτην ἐξισάσσει. Ciuitates ad æqualitatem redigere: quando quis inæqualitatem, que in ciuitate spectatur, inter diuites & pauperes, præpotentes ac iniquos, & oppreslos ac iniqua patientes, ad æqualitatem reducere studeat.



Ad eximium Dn. Respondentem.

Pvblica priuatis agitari s̄epe per orbem
Auspiciis, quæ non s̄ecula visa queri?
Rem facis, ingenuo quæ sit dignissima ciue,
Cum queris tanti yim seriemque mali.

*Boni omnia causa
ad.*

Io. Henricus Boëclerus,

Præstantissimo Dn. Johanni Zechio,
Respondenti.

Quam pugnam, Zechi, subiisti, docte, Parente.
Per mortem ad plures nuper euntes tuo.
Cum sua Mercurius voluit te castra lucrosa,
Pauperis omnibus Palladis arce, sequi.
Depugnata eadem mihi quandam est, auspice Christo.
Nec me, quod statio hac est mihi tenta, piger.
Nec te peniteat, constantem Palladis armæ
Tractare, & studiu invigilare tuis.
Si sapimus rectè, vulgo paradoxon, habere
Divitias, solos, qui sapiunt, sapimus.
Hic opibus freti, securè fñernimus omnes
Iacturas furum, temporis, ignis, aquæ:
Et quamvis inopes, cum Paulo dicimus; omnes
In Christo fidè mente tenemus opes.
Hic conquirendis opibus modo fortius insta,
Hasq; animi merces sedulitate lege.
Sic aliquando satis dives, ditabū abunde
Multos, quos quares, cœu sacra lucra, Deo.
Ita dices, valeant mundi bona. Mens pia, forte
Quæ contenta suâ, sunt mihi magna lucra.

gratulabundus scribebam
Balthasar Scheid Theol. D.
L. L. Orient. Prof.

Auspicio



AUspicio illustri profert dum splendida dona
ZECHIVS ingenii;
Omnibus notis clarissima quæque vovere
Huic patriæque licet.

Amicitie causa aulogedius scr.
Robertus Koenigsmannus,
Eloq. Professor.

Eximio DN. Disputanti
JOHANNI ZECHIO,

Amico suo.

QVi publicè & solennibus congregis
Dare simbolas studebis exigentibus
Quas poscimus Academicas ZECHI optime
Tibi gratulabimur Hobbies Academicici
Cantabis ipse, nam canunt post symbolas.
benevol. scr.

M. Iohannes Faust, Log. &
Metaph. Prof. P.

Ad Praef. & Amant. Dn. Zechium,
DE ciuitatis actibus dum differis,
Ac publicum discernis à privo bono;
Et Universitas & alma Patria
Ciuem bonum laudabilemque Te vocat.

A. & H. E.
f.

M. Elias Veiel.

F I N I S.

Strassburg, Diss., 1659-60



TA → OL

DN



Farbkarte #13

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Centimetres
Inches

8
7
6
5
4
3
2
1
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19

D. B. I.
**DE EO QVOD CIVITAS
EGIT.**

In incluta Argentoratensi Academia

P R A E S I D E

JO. HENRICO BOECLERO,
Historiarum Professore ordinario.

publice

more Academico

reßpondebit

JOHANNES ZECHIUS, Ulmenfis.

d. 19. m. Ianuarii.

ARGENTORATI,
Typis FRIDERICI SPOOR:
ANNO M. DC. LX.

23

80

1660, 3

4

